



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

106. Conspiratio Pontificum & Pharis[a]eorum ad interficiendum Iesum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47925](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47925)

S. Matthæus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
			<p>Ies<sup>o</sup> ergo rursum fremés in semetipso, venit ad monumētū. erat autē spelūca &amp; lapis supposit<sup>o</sup> erat ei. Ait Iesus, Tollite lapidē. Dicit ei Martha soror eius qui mortuus fuerat, Dñe, iā foetet, quadriduanus est enim. Dicit ei Iesus, Nonne dixi tibi quoniā si credideris, videbis gloriā dei? Tulerūt ergo lapidē. Iesus autem eleuatis sursum oculis, dixit, Pater, gratias ago tibi quoniā audisti me. ego autē sciebam quia semper me audis, sed propter populū qui circumstat, dixi, vt credant quia tu me misisti. Hæc cū dixisset, voce magna clamauit, Lazare, veni foras. Et statim prodiit qui fuerat mortuus, ligatus pedes &amp; manus institis, &amp; facies illius ludario erat ligata. dixit eis Iesus, Soluite eum, &amp; sinite abire. Multi ergo ex Iudeis qui venerant ad Mariā &amp; Martham, &amp; viderant, quæ fecit Iesus, crediderunt in eum. Quidam autem ex ipsis abierunt ad Phariseos, &amp; dixerunt eis quæ fecit Iesus.* 106.</p>

C A P. 106. *Conspiratio Pontificum & Pharisæorum ad interficiendum Iesum. Iohan. 11. \* 105.*

S. Matthæus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
			<p>COLlegerunt ergo Pontifices &amp; Pharisæi cociliū, &amp; dicebāt, Quid facimus, quia hic homo multa signafacit? Si dimittimus eum sic, omnes credēt in eum: &amp; venient Romani, &amp; tollent nostrū locū &amp; gentem. Vnus autem ex ipsis Caiphas nomine, cū esset Pontifex anni illius, dixit eis, Vos nescitis quicquā, nec cogitatis, quia expedit nobis, vt vnus moriatur homo pro populo, &amp; nō tota gens pereat. Hoc autem à semetipso nō dixit:</p>

T 2 dixit:

S. Mattheus S. Marcus.

S. Lucas.

S. Iohannes.

dixit: sed cum esset pontifex anni illius, prophetauit quod Iesus moriturus erat pro gente: & non tantum pro gente sed etiam pro filiis Dei, qui erant dispersi, congregaret in unum. Ab illo ergo die cogitauerunt ut interficerent eum. Iesus ergo iam non in palam ambulabat apud Iudæos, sed abiit in regionem iuxta desertum in ciuitate quæ dicitur Ephrem, & ibi morabatur cum discipulis suis. Proximam autem erat Pascha Iudæorum: & ascenderunt multi Ierosolymam de regione antea Pascha, ut sanctificarent seipsum. Querentes ergo Iesum: & colloquebantur ad invicem, in templo stantes. Quid putatis, quia non venit ad diem festum? Dederunt autem Pontifices & Pharisei mandatum, ut si quis cognouerit ubi sit, indicet, & apprehendant eum. \* 112.

*Cap. 107. Mortem suam discipulis prædicit Iesus, & occasione petitionis matris filiorum Zebedæi docet discipulos, quod non ostensione dominij, sed officio ministerij debeant esse maiores. Matth. 20. \* 104.*

*Mar. 10. \* 103. Luc. 18. \* 103.*

S. Mattheus

S. Marcus.

S. Lucas.

S. Iohannes.

**ET** ascendens Ierosolymam, assumpsit duodecim discipulos secrete, & ait illis, Ecce ascendimus Ierosolymam, & filius hominis tradetur principibus sacerdotum, & scribis, & senioribus, & damnabunt eum morte, & tradent eum gentibus, & illudetur ei, & conspuent eum, & flagellabunt eum, & interficient eum, & tertia die resurget. Et accedunt ad eum Iacobus & Iohannes

**E**Rant autem in via ascendentes Ierosolymam: & præcedebat illos Iesus, & stupebant: & sequentes timebant. Et assumens iterum duodecim, coepit illis dicere quæ essent ei evenitura. Quia ecce ascendimus Ierosolymam, & filius hominis tradetur principibus sacerdotum, & scribis, & senioribus, & damnabunt eum morte, & tradent eum gentibus, & illudetur ei, & conspuent eum, & flagellabunt eum, & interficient eum, & tertia die resurget. Et accedunt ad eum Iacobus & Iohannes

**A**ssumpsit autem Iesus duodecim, & ait illis, Ecce ascendimus Ierosolymam, & consummabuntur